

**Traduction en français du canon 235 du Canon de Droit Oriental promulgué par le Pape Pie XII  
dans la "Lettre Apostolique" *Motu Proprio "Cleri Sanctitati"* du 02 juin 1957  
et s'appliquant au cas du Patriarche Maronite prouvant que son intronisation n'est pas sacramentelle**

## Can. 233

Electio ad normam iuris peracta, illico a praeside, vel, si praeses fuerit electus, ab illo qui eius vices gerere debet, totius Synodi nomine, formula modoque in singulis ritibus receptis, electo intimanda est, salvo praescripto can. 235, § 3, n. 1.

## Can. 234

Electus intra biduum utile a recepta intimatione, manifestare debet utrum electioni consentiat, an eidem renuntiet; secus, omne ius ex electione quaesitum amittit.

## Can. 235

§ 1. Si electus renuntiaverit, ad novam electionem procedendum est.

§ 2. Si electus acceptaverit, Synodus procedat, iuxta praescripta sui ritus, ad eius proclamationem et inthronizationem, dummodo sit Episcopus, haud excluso Episcopo electo seu designato, rite confirmato, etsi caractere episcopali nondum aucto, sed exclusis Episcopis qui canonice officio episcopali renuntiaverunt vel depositi sunt, iisque de quibus in can. 109, § 1.

§ 3. 1° Si vero electus talis non sit, Synodus Romano Pontifici electionem peractam illico notam faciat, suspensa eiusdem electi proclamatione et inthronizatione, et servato a Patribus, omnibusque qui qualibet ratione Synodo interfuerunt vel quomodolibet electionis exitum noverunt, secreto circa eundem exitum, etiam adversus electum, donec confirmatio pervenerit et legitime publica evaserit;

2° Interim Patres Synodi possunt residentiae sedem repetere, ad Synodum redituri cum pervenerit Summi Pontificis responsum;

3° Obtenta Summi Pontificis confirmatione, procedatur ad sollemnem Patriarchae proclamationem et inthronizationem.

4° Si electus Summi Pontificis confirmationem non obtinuerit, ad novam electionem statim procedendum est.

§ 4. Electus ad dignitatem patriarchalem qui caractere episcopali careat, si ex iis sit de quibus in § 2 agitur, ante inthronizationem Episcopus ordinetur; si autem sit ex iis de quibus in § 3, n. 1, nonnisi post Romani Pontificis confirmationem Episcopus ordinari potest.

Can. 233. — Syn. Armen., a. 1911, 175; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars. III, cap. VI, 7, XX, XXI.

Can. 234. — Syn. Armen., a. 1911, 175; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars. III, cap. VI, 7, XXI.

Can. 235. — Pius IX, ltt. ap. *Reversurus*, 12 iul. 1867, § 16; const. ap. *Cum ecclesiastica*, 31 aug. 1869, § 5, II; ltt. encycl. *Quartus supra*, 6 jan. 1873, §§ 33-34; S. C. de Prop. Fide, decr. 15 mart. 1729. — Syn. Armen., a. 1911, 180, 181; Syn. Sclarten. Syrorum, a. 1888, cap. VIII, art. II.

§ 2. — S. C. de Prop. Fide (C. P.), 28 jan. 1636, n. 2-3; 30 oct. 1894. — Syn. Armen., a. 1911, 175; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XIV, 47; pars III, cap. VI, 7, XX.

§ 4. — Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XIV, 48.

- §1. Si l'élu renonce, il faut procéder à une nouvelle élection.
- §2. Si l'élu accepte, que le Synode procède, selon les prescriptions de son rite, à la proclamation et à l'intronisation de celui-ci, pourvu qu'il soit évêque, en n'excluant pas un évêque élu ou désigné, confirmé selon les règles, bien que pas encore enrichi du caractère épiscopal, mais en excluant les évêques qui ont renoncé canoniquement à la fonction épiscopale ou qui ont été déposés, et ceux dont il est question au canon 109 § 1.
- §3. 1° Mais si l'élu n'est pas tel, que le Synode fasse aussitôt connaître l'élection accomplie au Pontife Romain, en suspendant la proclamation et l'intronisation de cet élu, et en faisant garder le secret à l'égard de ce résultat par les Pères et par tous ceux qui pour n'importe quelle raison ont été présents au Synode ou ont connu de quelque manière le résultat de l'élection, même vis-à-vis de l'élu, jusqu'à ce que la confirmation soit parvenue et finisse par devenir officielle conformément aux règles
- 2° Dans l'intervalle, les Pères du Synode peuvent regagner le siège de leur résidence, pour revenir au Synode lorsque la réponse du Souverain Pontife sera parvenue
- 3° La confirmation du Souverain Pontife obtenue, qu'il soit procédé à la proclamation solennelle du Patriarche et à l'intronisation
- 4° Si l'élu n'a pas obtenu la confirmation du Souverain Pontife, il faut procéder aussitôt à une nouvelle élection.
- §4. **Que l'élu à la dignité patriarchale qui n'aurait pas le caractère épiscopal**, s'il s'agit de l'un de ceux dont il est question au § 2, **soit ordonné évêque avant l'intronisation**; mais s'il s'agit de l'un de ceux dont il est question au § 3, il peut être ordonné seulement après la confirmation du Pontife Romain.